ſanctificationis .i. Machā. i.

Triphon captū ionathā et tenendū petijt pro eius liberatiōe centū talēta argēti et duos filios quos cū recepiſſz patrē cū filijs occidit. i. Mach. xiij.

Andronicus rogatus a menelao et pro munera eius corruptꝰ occidit oniā ſummum ſacerdotē. ij. Macha. iiij.

Anthiochus menelaū ſacrilegum de multis ſceleribꝰ accuſatum abſoluit et accuſaciones eius dampnauit ij. Machabeo. iiij.

De ſeptē filijs cum matre. ſecūdo Machabeorū. vij.

Herodes multos innocēcies occidit volēs xpm occidere. Math. ij.

Herodes tetrarcha iohānē baptiſtam ad peticionē mulierum decollauit. Math. xiij. et Mar. vi.

Pylatus nō inueniens cauſam in xpo ipm eū crudeliter flagellauit et occidit. Mathei. xxvij.

Herodes agrippa miſit manus vt affligeret quoſdā de eccleſia occidit autē iacobū fratrē iohannis gladio videns ꝙ placeret iudeis voluit apprehendere petrū et apprehenſū miſit in carcerem. Actuū. xij.

De crudelitate tyrannorū ſatis patz in paſſionibꝰ ſanctorꝝ.

De crudelitate facta i paulo nota Actuū. xvi.

De tribulacionibus.

Lus creuit ioſeph i captiuitate ꝙ̄ creuit ſz inter fratres ſuos. Geneſis. xli.

Fratres ioſeph dixerūt merito hec patimur quia peccauimꝰ in fratrem noſtrū idcirco venit ſuper nos tribulacio. Geneſis. xlij.

Filij iſrahel creuerūt ex oppreſſionibus et afflictionibꝰ egipciorū et quāto magis opprimebantur tāto magis multiplicabantur. Exo. i.

Filij iſrahel afflicti ſerpentibꝰ ignitis dixerūt moyſi locuti ſumꝰ contra deū et contra te et prius non dixerūt Numeri. xxi.

Fugiēs dauid a facie abſolō filio ſuo maledicenti ſibi non reſpondit ſed paciēter ſuſtinuit. ij. Regū. xvi.

Obtenta autē victoria ſuperbiuit et pplm numerare fecit. Et poſtea videns dominū populū cedentē peccatū recognouit. ij. Regū. xxiiij.

Helyam fugientē ieſabel angelus confortauit iij. Regū. xviij.

Pane tribulacionis et aqua anguſtie iuſſus ē micheas ſuſtentari quia noluit regi achab reſpondere iuxta velle ſuum. iij. Regū. xxij.

Voluit deꝰ vt viri iude a rege egipciorum affligerentur vt ſciret diſtanciā ſeruitutis diuine et ſeruitutis regni terrarū. ij. Paralipo. xij.

Poſtꝗ̄ manaſſes vinctꝰ fuit et ductus in babilonem egit penitenciam valde corā domino et exaudiuit dominus orationem ſuam. ij. Paralipominon. xxxiij.

In tpe tribulationis ſue clamauerunt ad te et tu de celo exaudiſti eos ſcḋm miſerationes tuas magnas dediſti ſaluatores. Neemie. ix.

Poſtꝗ̄ thobias excecatus eſt et ab inimicis ſuis deriſus a dn̄o multipliciter eſt conſolatus. Thobie. ij.

Judith populo ſuo ait memores eſſe debetis quomodo pater veſter abraham temptatus eſt et per multas tribulacōes effectus eſt amicus dei. Judith. viij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Job tribulacões multas ſuſtinuit
in amiſſione rerū et liberorū ſuorum
in graui corporis infirmitate in contu
melia vxoris et aliorum amicorum.
Job per totum.

Jeremias pro veritate quā ꝓplo p̄
dicabat quoq; paſſus fuit. Jere. xxxv

Paulꝰ incarceratꝰ tandē lapida
tus. Act. xiiij. Bene apparet dn̄m eē
cū tribulatis p t s pueros in forna
ce cū qbꝰ nabuchodonoſor vidit car
ſtū ſimilē filio dei. Dani. iij.

Ezechiel in caldea in medio captī
uorum vidit dei mirabiles reuelaci
ones. Ezechiel. i.

Nabuchodonoſor in pſperitāte ar
rogans fuit et ſupbꝰ quādo aūt eiec
tus eſt ab hominibꝰ et in beſtiā muta
tus ſenſū recepit quē in pſperitate p
didit et deū laudauit qd̄ prius vitu
perauit. Dani. iiij.

De tribulacione danielis habetur
Dani. vi.

Itē de ſuſanna. Dani. xiij.

Poſt obitū machabei emerſerunt
iniqui et facta eſt fames valida et ꝯ
ſtituit bachides impios dn̄os regio
nis et facta eſt tribulacio magna in
iſrahel. i. Mach. ix.

Decretū exijt cōtra iudeos q̄ oēs
trucidarent qui ſacrificare nolebant
et paternas dei leges relinquere. ij
Macha. vi. Ibi nota de eleazar Itē
de matre et. vij. filijs. ij. Macha. vij

Anthiochꝰ ſanꝰ ſuperbꝰ et fuit ela
tus a deo autem paſſus humilitatis
verba ptulit. ij. Mach. nono.

Itē xp̄s natus pſſurā mundi per
totū vitā ſuam hic perpeſſꝰ eſt vt pꝫ
in euangelio.

Apoſtoli flagellati ibāt gaudētes
a conſpectu conſilij qm̄ digni habiti
ſunt p nomine iheſu contumeliā pati
Actuum. v.

Paulus eciā multas tribulaciones
ſuſtinuit. Act. ix.

Itē ipſe et fratres hortabātur vt
permanerent in fide qm̄ per multas
tribulaciones oportet nos intrare ī
regnū dei. Actu. xiiij

De veritate.

Balaach rex moab doluit q̄ ba
laam dixit bona de filijs iſra
hel licet vera eſſent et eū ho
norari feciſſet ſi ſcḋm voluntatē ſuam
locutus fuiſſet. Nu. xxiiij.

Joathas filius ieroboal fugit a fa
cie abymalech cum dixiſſet verum de
eo et de illis qui eū male elegerūt
Judicum. nono

Iratꝰ eſt ſaul cōtra ionatham filiū
ſuum qui dauid virū innocentē; excu
ſauit. i. Regū. xx.

Cū increpaſſet anam ꝓpheta aza
regē miſit eū in neruū. ij. Para. xv.

Ad imperiū regis ioas lapidatus
ē zacharias filius ioiade qui reges
et principes arguebat eo q̄ dn̄m de
reliquiſſent. ij. Parali. xxiiij

Cū dixiſſet achior magnalia q̄ fe
cit deus pfilijs iſrahel et magnā eiꝰ
potenciam irati ſunt omnes magna
tes holofernis et cogitabāt interfice
re eum et holofernes eciā indignatꝰ
eſt. Judith. vi.

Cū legiſſet baruch ṽba que ſcri
pſit ex ore iheremie coram ioachī re
ge iuda fecit rex volumen proici in i
gnem eo q̄ dicebat ibi veritas de cā
tiuitate iſrahel. Jhere. xxxvi

Poſtea q̄a ꝓphetizauit iheremias
captiuitatē ciuitatis miſſus fuerat in
lacū vbi nō fuerat aq̄. Jhe. xxxviij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf